

## XXXV. NVGERIA CONSTANTIA (p. 124).

ad n. 1080. Nunc Pompeis apud I. Beacall, ubi descripsit Mau a. 1879, legens 6 ix, 10 PATRI.

## XXXVII. ABELLINVM (p. 127).

ad p. 127. Collato vocabulo quod est *Herculia* coloniae Telesiae Abellino et vicinae et ad eandem fere rei publicae formam constitutae (cf. vol. IX p. 205) iam magis crediderim Abellinum coloniam deductam esse a Sulla, nomina autem Liviae (si fuit Livia) Augustae adiecta esse imperante Augusto.

ad n. 1149. In commentario nuper (scilicet post Zigarelli librum editum a. 1856) scripto 'breve cennò storico, cosmografico e geografico della terra di Capriglia', quem amici Abellinates mihi tradiderunt, titulus extare dicitur Caprigliae nel petto del campanile referturque sic:

HOII flo-  
res II rosa II  
YNYSIO AVCHVBEL

Versus prior non tam scriptus fuit quam sculptus.

8159 Abellini ante episcopium.

O M F  
P A E D

Tagliatela l. c. ad n. 8160.

8160 in tegula. Inter Avellinum et Atripaldam in villa canonici Masi reperta est una gran cella composta di tufo e mattoni; vi erano dentro quattro sarcofagi, tre di travertino ed uno di tufo. Uno di essi mostrava il cadavere calcinato ed un vaso unguentario; un altro tra l'ossame serbava una lucerna ed un piccolo vaso. I coperchi de' tre sarcofagi erano della solita foggia a tettoja,aderenti ad essi con grappe di ferro. Ad un lato della cella fu trovata questa epigrafe incisa sopra mattone:

D . M  
P . A F I N I . F I R M I N I  
Q V I . V I X I T . A N N . I I I  
M . V I . D . X X V I I I . M A T E R  
5 ET . P A T E R . F I L I O . M I  
S E R I S S . F E C E R V N T

Tagliatela archivio storico per le provincie Napolitane 3 (1878) p. 131.

8161 Caprigliae rep. in praedio Andreae de Masi nella contrada detta Vicolavoro.

C . S V E L  
S I B I E T V A L  
C V N C V B I N A E . E T  
F I L I A E E A Q V A E  
5 V A L E R I A E . Q V A R

Ex schedis Caprigliensis, de quibus dixi in add. ad n. 1149.

8162 Avellino dietro al Duomo.

M O  
T

Tagliatela l. c. ad n. 8160.

## XXXVIII. ABELLA (p. 136).

Anno u. c. 667 *Nolani* (scilicet Samnites Nolae obsessi et ibi pertinaciter sese defendentes, v. p. 142), Licinianus ait p. 26, *progressi oppidum Abellam incenderunt*. Quo facto Sullam eo colonos deduxisse

eo magis verisimile est, quod titulus n. 1210 ostendit, ut exposui, Abellam inde ab ipsis principiis aetatis imperatoria coloniae locum obtinuisse.

## XXXIX. NOLA (p. 142).

ad p. 142. Non omittendum fuit Nolanos apud Festum (v. municipium p. 127) inter municipia referri, quae ad civitatem Romanam ita venerunt, uti municipia essent sua cuiusque civitatis et coloniae; quibus verbis corruptis exempla quae apponuntur declarant significari populos, qui Latii ius aliudve foedus ita commutarint cum civitate Romana, ut suos magistratus retinerent. Nolani ita ad civitatem Romanam pervenerunt sine dubio post bellum Italicum.

ad n. 1258. Conferendum est titulus Pergensis (C. I. Gr. 4342 b cum add. p. 1160 = Lebas et Waddington n. 1373): .. 'Ποτείλιος Οὐαρος ἔπαρχος ἵππων [ε]ληγς α' Κολωνῶν' (cf. Henzen syll. n. 6924), non eiusdem viri, eiusdem tamen familiae.

8163 Sommae ad Vesuvium in praedio domini Colletta, in gradu monumenti falsi quod rettulimus n. 1491\*.

Φ . C I  
P R I M . P i l o  
leg. u. ma C E D O N i c a e  
testame N T O f e r i i u s s i t  
5 monume N T V M . S I V e s e p u l  
crum he R . N O N . S e q u e t u r

Descripsit de Petra. Ios. Novi ed. in ephemeride Neapolitana *l' Italo, Cronaca Bigia* 17 Mart. 1878. Misit F. Colonna-Stigliano per Duhnium.